mus, ſubflauus.

2. Dens in lapidem verſus, vel lapis odontoides, id eſt, dentiformis: aut papillæ ſimilis, θηλοειδὴς*: quem à Io. Fabricio Montano, paſtore Eccleſiæ Curienſis apud Rhætos doctiſſimo accepi.*

.2.

.1.

In ſpecu ſub terraneo prope Elbingerodam (de quo paulò ante ſcripſimus) reperiuntur oſſa & dentes tam hominum quàm animalium aliorum, maximæ ac tantæ magnitudinis, vt vix credi poſsit vixiſſe vnquam tantæ magnitudinis homines aut animalia vlla. Ego in volumine De aquatilibus Corollario de Hippopotamo, dentis maximi apud nos inuenti iconem poſui: ſed poſtea aliũ quadruplo ferè maiorem ex Polonia accepi, à viro nobili quodam ædifi-